

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum XII. Cùm virum.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

Clerici sacris mysterijs obsequentes, habent id, quod est Canonicorum Regularium, cum maiore aliustudine.

Addidi autem in notando: dummodo in monasterio &c. quia non sufficit, ut Ordinis institutum, & regula arctior sit, sed requiritur praesens observatio; etenim ut transitus ad aliam religionem concessus sit, fieri debet non ex levitate, sed majoris boni zelo, is autem zelus & bona conscientia praecedens tunc appetat, si regularis observatio in monasterio, ad quod aliquis transiit, strictior sit; alioquin vero praestat, immo ex vi professionis quisque obligatur, ut in prima vocatione persistat, cum mutationes & transitus inconstantiae indicium praebant, & raro in melius proficer finant, qua de re S. Thomas cit. a. 8. in corpore, & pulchre Andreas hic n. 1. ubi advertit, licet Ordo Prædicatorum profiteatur regulam S. Augusti, tamen propter adjectas constitutiones, & ejus temporis observantiam, videtur strictorem, quam Ordinem monachorum, & idem transitum Prædicatoribus concessum non esse.

Vice versa à regula tradita, quod ab Ordine monachorum non sit transitus concessus ad Canonicos regulares, excipe, si accidat, ut in Ordine monachorum, seu ubi arctior regula est, cā non observata, remissus, & laxius vivatur, quam apud Canonicos regulares, qui habent laxiorem regulam, tunc transire licet ad religionem minorem, ut à Ioann. And. v. 3. melius observatur. Opus tamen est in hoc casu, ut saltem in eadem Provincia, aut patris monasterium ejusdem Ordinis non reperiatur, in quo regula servatur, sicuti nota hic Abbas n. 7. faciliter enim permittitur transitus de monasterio ad monasterium ejusdem Ordinis, quam Ordinis diversi. Vide etiam Sanchez lib. 6. mor. c. 7. q. 3. c. 11.



## CAPITULUM XI. Significatur.

### PARAPHRASIS,

Relatum est Alexandro III. quod anno 14. aetatis timore Ludimagni lib. bitum in monasterio accepit aliquis & inde intra annum recesserit; horum telleto mandat Papa, si ita res sit beat, & ante expletum 14. annum recesserit, ut à voto professionis, quod dicitur edidisse, absolutus pronuntiatur: fin autem à parentibus oblatus fore vel 14. annum aetatis implevit, cum religione intravit; habituunque accepto vel si professionem à se prius factam per 14. aetatis annum ratam habuit, aedem, vel aliam Religionem nunc appellatur.

### SUMMARIUM,

*Impubes à parentibus oblatus mundo  
rio recedere non potest ante parentis  
tem.*

Notandum primò. Si impubes à parentibus monasterio oblatus sit, recessus potest ante pubertatem, Ita hinc & inquit. &c. sequente hoc tit. Secùs est, si impubes absque patris, aut tutoris oblatione vel ingressus fuit, sicuti Gl. b. die et. cap. 14. aetatis annum ratam habuit, aedem, vel aliam Religionem nunc appellatur.

Notandum secundò. Vorum omnium te legitimam aetatem, post adeptionem, ratificari potest, sed opus est confirmatione expressa cap. i. hoc tit. int.

## CAPITULUM XII. Cum virum.

### PARAPHRASIS.

Puella impubes à parentibus monasterio lata fuit, & licet quandoque costruxerit, tamen cum pubes facta est, datum, & votum professionis accepto, tunc contradixisse evidenter confitit; sed postea egressa militi se matrimonio coniunctit: quæsitum est, num ad matrimoniū

nasterium redire cogatur. Respondet Clemens III. quod secundum *can. 48.* Concilij Tolei. 4. monachum, aut paterna devotio, aut propria professio faciat, utralibet horum fuerit allegata, tenebit: cum itaque puellam, tempore discretionis constitutam, eum habitum, & consecrationem accepisse, nec contradixisse ostendi possit, non potest ea professionis jugum excutere; præsertim, si quod gestum est, postea ratificavit: neque oblat Leonis I. responsum in *cap. puella 8. causa 20. q. 1.* quod puellæ, quæ non coactæ parentum imperio, sed sponte habitum suscepunt, postea nuptias eliant, prævaricentur; ex quo per sensum contrarium inferri videtur, quod puellæ, quæ non sponte, sed coactæ imperio, habitum virginitatis accepterunt, sine prævaricatione nubere possint. Respondetur enim, hoc intelligendum de ea puella, quæ in aetate nubili per parentum imperium cogitur; tunc enim, quia liberum habet arbitrium, in electione propositi parentum non cogitur sequi voluntatem.

#### S U M M A R I U M .

1. Non est attendenda contradic̄tio im-  
puberis a parentibus monasterio obla-  
ti, ante pubertatem, ut inde recedere  
possit.
2. Qua de monachis statuta reperiuntur,  
ob paritatem rationis ad sanctimonia-  
les extendenda sunt.
3. Probatio impedimenti ad validam pro-  
fessionem incumbit opponenti.
4. Imo non minus requiruntur discretio li-  
beratris ad statum Religiosam, quam  
ad matrimonium.
5. Cur puellanon restituatur in integrum  
ante 25. annum, si coacta fuit impu-  
bes Religione ingredi, post puber-  
tatem tamen sponte professa fuit.
6. Ad quid obligetur parens, qui filium  
impuberem Religioni tradidit.

Notandum primò. Contradic̄tio impu-  
beris à parentibus monasterio oblati  
non est attendenda, ut inde dimitti debeat,  
sed expectandum, donec annos pubertatis  
assequatur. Ita dixi in præcedente *cap. 2.*  
docte Suarez 10. 3. de Religione lib. 5. c. 2.  
etsi pater impuberem contradicentem tra-  
didisset, & coegeret ad Religionem, quod  
is permanere debeat juxta patris imperium,  
cujus voluntati, dum in ea aetate est, circa  
gubernationem vita subiectur; licet con-  
trarium docuerit Sylv. v. Religio 2. q. 10.  
Sanchez l. 4. moral. c. 18. n. 26.

Notandum secundò. Quæ de monachis  
statuta requiruntur, ob paritatem rationis ad  
sanctimoniales referri debent, prout ex *hoc  
c. 1.* appareat, quando ea, quæ à Leone 1.  
in epist. 95. ad rusticum de monacho statuta  
sunt, quod monachum ait parentum ob-  
lato (si videlicet pubertatem postea ad-  
ceptus non contradicat, sed habitum susci-  
piat, vel in suscepito maneat) aut propria  
professio facit, ad monachum transfert.

Notandum tertio. Si constet, aliquem  
professionem edidisse expressam, aut tacita-  
m, & postea opponatur impedimentum  
dirimēs, v.g. defectus aetatis legitimæ,  
vis, seu coactio incutiens metum gravem,  
probatio ei incumbit, qui impedimentum  
opponit. Ita sumitur ex *textu*, & notat *bis  
Abb. n. 4.* ratio est partim, quia in dubio  
presumendum est pro valore actus. *Ab-  
bate 25. de verborum significacione*, & qui-  
dem, legitimè quod factus sit: partim,  
quia posselio stat pro professione, ipsaque  
Religione, quæ haec tenus hominem ut pro-  
fessum suum habuit.

Notandum quartò. In ordine ad statum  
Religionis, sicuti & matrimonium ample-  
ctendum liberi rationis discretionem, &  
arbitrij libertatem sequi censemur, cum annos  
pubertatis assecuti sunt, ira, ut in his  
actibus, votis inquam edendis, & statu  
amplectendo, non pendeant à patris vo-  
luntate, & imperio. Ita sumitur ex *hoc cap.*  
& notavit *Gloss. in cap. 1. causa 27. q. 1.* ubi  
ait, quod minores annis, tribus modis di-  
viduntur.

D d 2 can-

Canonicus voverat se monachum fore, postea in morbum incidentis cum timore, per votum nondum expiro decederet, iuncti manibus se tradidit Abbatii, in monachum, & fratrem; hoc in calu aie Co mens III. cum monachum non habuit habitus, sed professio regularis, ut Canonicum compelli debere, ut monachus maneat.

## SUMMARIUM.

1. Nec scripturam, nec verborum formam professio expressa requiri, nisi specialia alicujus Ordini fuerit specia, seu substantia, hanc quirant.
2. Utrum consensus etiam Capituli sacerdotis sit ad validam professionem.
3. Professio religiosa valida est prius, etiam non suscepto habitu religiosi.

**N**Otandum primo. Professio expressa, nec scripturam, nec certam humanorum verborum postulat, sed quibuslibet verbis, significantibus traditionem personae, & vicissim acceptam à Religione fieri posse la Glossa hic, Azer to. I. l. 12. c. 5 q. 7. Sancte, mor. o. 3. & sumitur ex c. sicut 17. an. 10. Dixi primò: Scripturam non requiri, ex hoc patet cap. Interim, professio per scripturam fieri solet, & ita fieri præceptum cap. ult. causā 20. q. 1. juncta Gleſ. & de ceſ. Sylv. v. Relig. 3. q. 1. Sancte, l. n. ubi advertit, eum, qui tacitè professio compelli posse, ut postea expressè posse tur per scripturam, causā certitudinis, & legitima probationis, juxta citatum cap. ult. Dixi secundò: certam verborum formam non requiri: debet tamen adhiberetur, quia in regula præcipitur, aut in Ordine consueta est, ita tamen, ut si alia verba significativa usurpentur, valeat professio; sed etiamsi nulla verba, sed alia sufficiencia signa exprimantur; quare, quod mutu-

cantur. Primò. Quid annos infanitæ; nam infans, seu usum rationis non habens dicitur, qui minor est 7. annis. *Lege si infantis 18. cod. de jure lib.* Secundò. Quid ad contrahendum matrimonium, item ad testamenti factiōnēm. *L. qua etate s. ff. qui testamento facere possint*, quorum incapax est mas minor 14. fæmina minor annis 12. *est. Lege qua etate*, ubi definitur, diem cœptum habendum esse pro completo, e. g. si quis natus anno Christi 1607. die 12. decembris post meridiem, hac die mane, quæ est 12. Decembri Anni 1631. testamentum condere potest Tertiò. Quid restituōnem in integrum, quæ minoribus 25. annis, id est, qui 25. ætatis annum nondum exegerunt, utroque jure tribuitur *tit. de integrum restituōne.*

Quærunt Glossa citata, cur puella, quæ à parente adacta, Religionem ingressa est, si adveniente pubertate in professionem expelletur, vel tacitè consensit, in integrum, s' ante completum annum 25. non restitutatur, ut habitum deponere possit? Respondeatur, quia non est lœsa, quando ei nubit, quo meliorē reperiē non potest; minor autem non restitutur, nisi cùm lœditur *Lege verum II. §. sciendum ff. de minoribus.* Adde, quod sicuti matrimonium carnale, ita & professio, seu matrimonium spirituale, si semel ratum fuit, postea non rescinditur, cùm habeat nexus indissolubilem.

Iterum quæres, ad quid obligetur parentes, qui filium impuberem Religioni voravit? Respondeo, & dico primò. In primis debet illum tradere Religioni, etiam contradicente, si putet, non obstante ejus contradictione fructum securutum, quia paulatim Religioni assuescit, & animum puerilem mutabit. Dico secundò. Parentes obligantur, quantum in ipso est, ut persuadeat filio Religionis professionem, qui cùm factum alienum, seu ab alterius voluntate pendens, promisit, centerit promisisse, curaturum se, quantum moraliter poterit, ut ab altero fiat, ut docui *lib. 3. tra. 4. c. 4. affer. ult.*